

Godofr. Rbonius (b) meliori fortuna utique dignus, cu-
jus præmaturam mortem merito luget Patria.

XVI. *Val. Weigelius* quemadmodum in omnibus
fere cum *Schvvenckfeldio* convenit(c), & utriusq; egre-
gius interpolator est *Jac. Böhmus*, *famosus ille Görlicen-
sis Entusiastæ*, ita ambo non paucos opinionum sua-
rum fanaticarum admiratores assertoresque in Silesia
invenerunt, quorum *insigniores*, (d) ne nimium longa
sumatur oratio, hic commemorabo. In his fuit
AUGUST. FUHRMANNUS, *Pastor* initio *Tschöpelvizenſium*,
post *Job. Christiani*, *Princ. Bregensis*, *Ecclesiastes Aulicus*,
Ao. 1616. mortuus. (e) Non sine ratione Weigelia-
norum errorum insimulatus est, edidit enim varia
opuscula Germanica obscuriori, & qui phrasin Wei-
gelia-

D

(b) In altera Epist. de ineditis Hist. Sil. Scriptoribus. Ex eoque
Tenzel. in Colloqv. Menstr. An. 1694. M. Jan. p. 43.

(c) Vid. Hornbeck, l. VI. Sum. Contr. p. 438. Colberg. P. I.
Christ. Plat. c. V. p. 213. seq.

(d) *Obscuriores* sunt *Paulus Keimius*, Lignic. 1648. mortuus.
It. *Fr. Krause*, *Aurimont. Med. D. & Pract. Lign.* cui intercessit cum
Jac. Böhmio literarum commercium, exstantque hujus *epistola*,
quibus libellos suos *Crausio* meliori de nota commendat. Vid.
Auct. Vitæ Böhm. & *Er. Francisci Zerbrechung der Spott- und
Laster-Pfeile Levi und Simej/adv. personatum M. Joh. Matthæ-
um* p. 261. Scripsit hic *Krausius Viam salutis*, cujus mentio fit
in *Catal. MSCT. Theol. Myst. ap. Cl. Tenzel. l.c. A. 1692. p. 259.*
ubi etiam p. 265. & 269. meminit *Jac. Böhmii* Epist. ad *Jac. Lind-
nerum*, *Veßlig. Praefect. Beuthensem & Godofr. Freudenhammerum*
Med. D.

(e) Vid. *Lucae Chron. p. 509. it. ej. Fürsten-Krohne p. 109.*